

Prosa octava

93

fortitudine et agilitate corporis. quia illa et excellentius inueniuntur in brutis quam in hominibus dicitur. **I**am homo qui feruntur. id est cupiunt bona corporis pro se id est gratia sui tanquam sint optima quam exigua. id est valde vilia. quam fragili possessione nituntur. id est laborant. **N**um enim elephantes mole id est magnitudine. superare id est excedere poteritis. nec taurorum robore id est fortitudo. **N**um tigres prebitis velocitate. **R**e-

^{scilicet sub} sione nituntur. **N**um enim elephantes mole ^{in deo qd} tauros robore. superare poteritis. **N**um tigres velocitate prebitis. **R**espice celi spacium. firmitudinem. celeritatem. **E**t aliquando desinite vilia mirari. quod quidem celum non his potius est quam sua qua regitur ratione mirandum. **F**orme vero nitor ut rapidus est ut velox vernalium florum mutabilitate fugacior. **Q**uod si ut aristoteles ait. linceis oculis homines vterentur ut eorum visus obstaculo penetraret. **N**onne introspectis vi-

ritate magne res geruntur. sed virtute. **U**nde **Bartholomaeus**. **C**onsilio pollet cui vi natura negavit. **I**tem **Seneca**. **E**xcellentia ingenii potest latere sub quacumque pelle. **N**ota sunt **Isidorus** in li. ethimologiae. **E**lephantem greci a magnitudine corporis putant dicitur eo quod formam montis preferat. **A**pod indos homo dicitur barro eo quod vor eius harritus dicitur. dentes eius ebur. rostrum eius pmosade dicitur. **N**ota sunt **Isidorus**. **T**igris est bestia variis coloribus distincta. mirabilis velocitatis. ex cuius nomine quidam fluvius tigris appellatur qui rapacissimus est omnium fluviorum. **E**t sciendum quod pro bestia dicitur hec tigris in genero tigris vel dicitur. sed pro fluvio dicitur tunc hic tigris et in genere huius tigris.

Forme homo nitor. hic prophia ostendit intantum de pulchritudine forme supple quod sit erile bonum. quia est transitoria. et quia est tantum superficialis et dicitur **V**ero pro sed. nitor. id est pulchritudo forme. ut. id est quam rapidus est. ut. id est quam velox. id est quam velociter est transiens. et est fugacior. id est mutabilior. mutabilitate florum vernalium quasi dicat. satis est evidens. **U**nde si homines vterentur linceis oculis. vterentur aristoteles ita ut eorum visus penetraret. obstantia. id est corpora. nonne illud

o ij